

più che opportuno il rapportarlo qui distesamente.
Ut in parvis Regularium Virorum Conventibus, a SS.D.N. Innocentio Papa X., in Constitutione, qua incipit, Instaurandæ, primum suppressis, ac deinde, ad ipsius Constitutionis limites, ob rationabiles causas, in pristinum statum regularem restitutis, & ipsis Religionibus denuò concessis, piè ac religiosè vivatur, ac regularia instituta, quo exactius fieri potest, obseruentur; Sanctitas Sua ex sententia Sacrae Congregationis super Statu Regularium, omnes & singulos Conventus hujusmodi, sic, ut præfetur, restitutos, & concessos, in literis ab eadem Sacra Congregatione expeditis nominatim exprimendos, ac personas, tam regulares, quam seculares, in eis degentes, visitationi, & correctioni, ac omnimode jurisdictioni Ordinarii loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica Delegati, præsentis decreti tenore, plenè in omnibus subjecit, ac subiectos esse, declaravit, donec ipsorum redditus eousque ad aucti fuerint, ut in eis commode sustentari valeant, & cum effectu sustententur, duodecim Religiosi, ad apostoliconrum decretorum præscriptum; idque eidem Sacra Congregationi legitimè consisterit, & ejus decreto in singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, & non aliter.

Interea verò voluit Sanctitas Sua, ut in eorum singulis, ali debeant, & reipsa alantur, sex saltem Religiosi probatae vita, ex quibus quatuor administrant Sacerdotes maturæ etatis; alioquin gratia restitutioonis, & confessionis hujusmodi, nulla sit, & invalida, & Ordinarii locorum in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, quæ in aliis Conventibus itidem suppressis per eandem Constitutionem demandantur, perinde ac si gratia prædictæ restitutioonis, & confessionis, non emanasset.

Insuper, quia multi sunt Conventus, in quibus, & si præ-